

IV.

DOCE BULAS INÉDITAS

DE LUCIO II, ALEJANDRO III, LUCIO III, CELESTINO III, INOCENCIO IV
Y ALEJANDRO IV, HISTÓRICAS DE TARRAGONA.

1.

Letrán, 25 de Marzo de 1144. Lucio II á D. Gregorio arzobispo de Tarragona, otorgándole el palio y confiriéndole la administración de la sede episcopal de Tortosa, desde el momento que esta ciudad cayere en poder de los cristianos hasta que tenga obispo propio. Hace presente que ha consagrado por sí mismo, ó por sus manos como si fuesen las de San Pedro, á D. Gregorio, poniendo en el nuevo arzobispo la misma confianza que Urbano II en D. Berenguer, obispo de Vich, y Gelasio II en San Olaguer, obispo de Barcelona. —Códice *D 4* del archivo de la catedral de Tarragona, fol. 32 r.

De confirmatione Civitatis et de traditione pallii.

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Gregorio Tarrachonensi Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicis substituendis, in perpetuum.

Tarrachone Civitatis Ecclesiam insignem olim fuisse metropolitim et scripturarum veterum et divisionum provincialium monumenta declarant; ad cujus profecto restitutionem predecesores nostri plurimum laborasse noscuntur (1). Unde etiam bone memorie Urbanus Papa Berengario Ausoneusi Episcopo (2) et Gelasius successor ipsius Oldegario Barchinone Episcopo (3) palleum dederunt. Et nos igitur ipsorum vestigiis inherentes et ad ejusdem Civitatis restaurationem intendentes, te, carissime frater Gregori, propriis *tanquam Beati Petri* manibus, in ejusdem Ecclesie archiepiscopum consecravimus, et palleum tibi ex apostolice

(1) Véase el BOLETÍN, tomo IV, páginas 366-388; v, 97-103.

(2) Capua, 1.º de Julio de 1091.—Loewenfeld, *Regesta pontificum romanorum*, 5.450.

(3) Gaeta, 21 de Marzo de 1118.—Loewenfeld, 6.636.

sedis liberalitate indulsumus; ea nimirum provisione, ea fiducia ut pro data tibi a Domino facultate Civitatem ipsam et Ecclesiam studeas omnino ad Domini Dei nostri honorem et gloriam restaurare. Sane Dertusam si divina clementia populo christiano reddiderit, in suburbanam parrochiam metropoli Tarrachonensi concedimus donec, prestante Deo, Tarrachone(ensis) Ecclesia robor status sui recipiat; mox Dertusa ipsa proprium pastorem obtineat. Porro Tarrachonensem civitatem cum terminis suis, sicut ab illustri Barchinone Comite Raymundo (1) Tarraconensi Ecclesie reddita et scripti sui libertate firmata est, tibi tuisque successoribus ejusdem sedis metropolitane in perpetuum confirmamus. Tibi ergo tuisque legitimis successoribus in eadem cathedra substituendis concedimus, et per vos Tarrachonensi Ecclesie refirmamus ipsam Tarrachonensem provinciam; ut in ea debeatis deinceps et suffraganeos episcopos ordinare, et concilia secundum formam canonicam celebrare, et omnia juxta Metropolitanam curam, largiente Domino, providere, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate ac reverentia.

Pallei vero usum fraternitas tua infra Ecclesiam tantum ad sacra Missarum solempnia se noverit obtinere, hiis videlicet diebus, Nativitate Domini, Ascensione, Pentecoste, in solempnitatibus Beate Dei genitricis Virginis Marie, in nataliciis beati Johannis Bapliste atque omnium Apostolorum, Commemoratione omnium Sanctorum, in festivitate beate Thecle et beati Fructuosi martiris, in consecrationibus Ecclesiarum et Episcoporum seu ordinationibus clericorum et aniversario tui die; cujus nimirum pallei volumus te genium vendicare; hujus siquidem indumenti honor humilitas atque justitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem; in adversis, si quando veniunt, cum justitia erectam; amicam bonis, perversis contrariam; nullius unquam facies contra veritatem suscipiens, nullius unquam facies pro veritate proiciens; infirmis compatiens, bene valentibus congaudens; aliena dampna sua deputans, de alienis profectibus tanquam de propriis exultans; in ira judi-

(1) Ramón Berenguer III en 14 de Marzo de 1123, de la Encarnación 1123.

cium sine ira tenens, in tranquillitatis sevetatis justitiam non deserens. Hec est, frater carissime, pallei accepti dignitas; quam si sollicite servaveris, quod foris accepise hostenderis intus habebis.

Nulli itaque hominum liceat pfeatam Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere aut aliquibus vexationibus retinere. Si quis autem contra hujus constitutionis nostre paginam sciens temere venire temptaverit, secundo tertiove conmonitus si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ach sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesie iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen.

Datum Laterani, per manum Baronis capellani et escriptoris, VIII Kalendas aprilis, indictione VII, Incarnationis Dominice anno M.C.XLIII[1], pontificatus vero Domini Lucii II Pape anno primo.

La copia de este documento y de los siguientes ha hecho y me ha remitido D. Emilio Morera, nuestro correspondiente en Tarragona. Ni en el código ni en el archivo de la Catedral ha logrado ver el Sr. Morera la bula *Metropolis vestra*, que despachó en el mismo día (25 de Marzo de 1144) Lucio II (1) y dirigió á todos los sufragáneos del nuevo arzobispo, diciéndoles cómo le había consagrado é intimándoles que excitasen la caridad de sus respectivos diocesanos para contribuir á la reedificación de la catedral de Tarragona y á la defensa de la cristiandad contra los sarracenos. No sin razón dice el pontífice en esta bula que había pasado largo

(1) «Ecclesiae Tarraconensis episcopis suffraganeis scribit, sese metropoli eorum, longum iam tempus pastore destitutae Gregorium archiepiscopum praefecisse suisque manibus consecrasset; cui ut obediant hortatur. Mandat moneant populum ut pro ecclesia eius reaedificanda eleemosynas det ac defensionem Christianitatis operam navet.» Lowenfeld, *Regesta*, núm. 8.547. Publicó el texto de esta bula el mismo autor en su obra *Epistolae pontificum romanorum*, pág. 95. Leipsick, 1885.

tiempo sin tener prelado propio la Silla Tarraconense; porque si bien es verdad que no podía llamarse largo el tiempo transcurrido desde la muerte de San Olaguer († 6 de Marzo de 1137), también lo es que ni este santo, ni D. Berenguer, su antecesor, dejaron vacantes sus Sedes respectivas de Barcelona y de Vich, para trasladarse á la de Tarragona. Así que D. Gregorio debe estimarse el primero que inauguró por el título de su propia consagración en 1144 la segunda serie de los arzobispos de Tarragona.

Las primeras noticias biográficas que de él conocemos están suministradas por una crónica de Ripoll, que Villanueva sacó á luz en el tomo v (1) de su *Viaje literario*: «1144. Obiit Lucius papa et Gregorius archiepiscopus Terragon(ensis) et abbas Cuxanensis; et Berengarius Raymundi, comes Provinciae, occisus est.»

Berenguer Raimundo, conde de Provenza, muerto violentamente durante la primavera del año 1144, y el papa Lucio II, que falleció en 15 de Febrero de 1145, pueden dejar airosa la noticia de la Crónica de Ripoll, midiendo el año 1144 por el cómputo Florentino de la Encarnación y dándole por remate el día 24 de Marzo de 1145. Mas el de la muerte del arzobispo D. Gregorio rebasa ciertamente aquel término, toda vez que acaeció en 25 de Marzo de 1146 (2). Más de apreciar es en la Crónica de Ripoll la noticia que nos dió de haber sido D. Gregorio abad benedictino del monasterio de San Miguel de Cuxá, antes que fuese elevado á la Silla arzobispal de Tarragona. Siendo abad de Cuxá asistió indudablemente con San Olaguer al gran concilio de Clermont (18 Noviembre 1130), cuyas actas revisé (3), supuesto que diez días después obtuvo en la misma ciudad amplísima confirmación de Inocencio II (4) para los bienes y posesiones de su monasterio. De creer es que también asistió á las Cortes de Barcelona, que con los obispos y abades de sus dominios (*abbates terre*) celebró el conde D. Ramón Berenguer III en 16 de Marzo de 1131, para dar cumplida ejecución á los decretos del concilio Claramonta-

(1) Pág. 247. Madrid, 1806.

(2) Villanueva, *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 142. Madrid, 1851.

(3) BOLETÍN, tomo IV, páginas 360-366.

(4) Loewenfeld, *Regesta*, 7.430.

no (1). Por esta razón no puedo menos de sentir que el P. Gams haya omitido en el arquiépiscopologio de Tarragona (2) la circunstancia de haber pertenecido D. Gregorio á la orden benedictina, sin atreverse á fijar el año de su consagración, testificado por las expresadas bulas de Lucio II.

Sobre este arzobispo escribió Villanueva: «Dicen que no recibió el palio hasta el año 1144, y que por esta razón en las Cortes que celebró en Gerona D. Ramón Berenguer IV el año 1143 suscribió con el dictado de *electo Tarraconense*, junto con los obispos Dodo de Huesca, Bernardo de Zaragoza, Raimundo de Vique, Berenguer de Gerona y Guillermo electo de Roda y varios abades y nobles del reino» (3). Estas Cortes de Gerona, cuyo texto publicó Balucio (4), se tuvieron en presencia de Guido, cardenal legado de Celestino II, á 27 de Noviembre de 1143, con objeto de hacer que los Templarios, más y más arraigados en los estados del conde, facilitasen su defensa y ensanche contra los moros fronterizos de Aragón y Cataluña (5). Así perfectamente se compagina lo que advierten las dos bulas de Lucio II, sucesor de Celestino II († 8 Marzo 1144). Celebradas en Gerona las Cortes, que pusieron en manos del conde un elemento tan poderoso como lo eran entonces los Templarios, para la defensa de la cristiandad, se partió con dirección á Roma el arzobispo de Tarragona, electo aún, para ser confirmado y consagrado por el papa reinante, y enterarle al propio tiempo de los planes de guerra que abrigaba el conde, teniendo por blanco principal é inmediato la conquista de Almería para el emperador Alfonso VII, y la de Tortosa para sí propio. De esta manera quedaba garantizada la decorosa dote de sustentación de la Iglesia de Tarragona, sin que fuese necesario acudir á los recursos de la de Barcelona, como aconteció á San Olaguer. A semejante propuesta no pudo menos de acceder gustosísimo Lucio II, cuyo pontificado fué harto breve

(1) BOLETÍN, tomo IV, pág. 79.

(2) *Series episcoporum Ecclesie Catholicae*, pág. 76. Ratisbona, 1873.

(3) *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 142.

(4) *Marca Hispanica*, apénd. cccxii.

(5) Zurita, *Anales de la Corona de Aragón*, libro II, cap. IV.

{12 Marzo 1144-15 Febrero 1145}, pues no duró un año entero. Sin embargo, gloria suya fué, no sólo el haber asentado sobre base firmísima la restauración de la Sede Tarraconense, sino el haber promovido en todas las diócesis sufragáneas de tan insigne metrópoli crecidas limosnas, ó el nervio de la guerra contra los infieles, de la que pronto habían de ser preclaros trofeos las ciudades de Almería (1147), Tortosa (1148) y Lérida (1149).

Murió D. Gregorio en 25 de Marzo de 1146, según lo apunta el necrologio de la catedral (1). Poco después, á 27 de Mayo del mismo año, hallándose en Viterbo Eugenio III, expidió la bula (2), donde manifiesta que consagró por sus propias manos á D. Bernardo Tord, le confirió el palio y le confirmó las posesiones y prerrogativas de la Sede Tarraconense.

2.

Letrán 16 de Junio de 1179. Alejandro III á D. Berenguer de Vilademuls arzobispo de Tarragona y á D. Arnaldo de Prexens obispo de Urgel, sometiénolos la decisión del pleito del abad D. Hugo y su monasterio de Poblet sobre la posesión de la villa de Vimbodí contra los nobles Ramón de Torroja y Ramón y Ponce de Cervera. — *Livre blanc* de Poblet, documento LV, fol. 45.

Alexander episcopus, servus servorum Dei venerabilibus fratribus... Tarrachonensi archiepiscopo et... Urgellensi episcopo (3) salutem et apostolicam benedictionem.

Conquerentibus dilectis filiis nostris... Abbate et conventu de Populeto, ad audientiam nostri apostolatus pervenit quod Raimundus de Turre rubea, Remundus et Poncius de Cervera terminos ville, que *Avimbodini* vocatur, conventui predicto de regia liberalitate collate, violenter in sue salutis periculum invaserunt, dampnum in translatione terminorum solidorum decem millium

(1) Villanueva, *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 142.

(2) Loewenfeld, 8,928.

(3) Los dos prelados acababan de asistir al concilio ecuménico III de Letrán (5-19 Marzo 1179).

irrogantes. Verum, quoniam viris religiosis contra persecutores suos presidium tenemur apostolicum impertiri, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus prefatos viros monere curetis et diligenter inducere ut ablata memorato Abbati et fratribus sine mora et difficultate restituant et dampna data resarciant, vel sub examine vestro, contradictione et appellatione remota, iustitiam plenam exhibeant. Ceterum, si neutrum ad ammonitionem vestram facere forte noluerint, eos sublato appellationis obstaculo censura ecclesiastica percussatis, provisuri attentius quod absque satisfactione congrua non solvantur.

Datum Laterani, xvi kalendas iulii.

La causa comenzó en 1179 y se acabó en 1182. La estancia del Papa en Roma á 16 de Junio determina el año de la bula.

3.

Vérolí, 29 Abril 1184. Lucio III á los obispos y demás prelados de la metrópoli Tarraconense mandándoles que no den en feudo á seculares los señoríos y rentas eclesiásticas.—Códice *D 4*, fol. 33 r.

De ceteris decimis vel honoribus ecclesiasticis laycis non constituendis.

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Episcopis et dilectis filiis aliis ecclesiarum prelati, per Tarrachonensem provinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Perniciosa, sicut accepimus, consuetudo apud vos et valde reprehensibilis inolevit ut quidam vestrum, ecclesiastice honestati et ecclesiarum profectibus favorem secularium hominum preferentes, eis interdum temporaliter et plerumque in perpetuum ecclesiastica predia, et quod peius est ipsas ecclesias cum decimis dare in feudis pro sua voluntate presumunt; in quo quantum honestati et libertati Ecclesie [derogetur], nullus sane mentis ignorat. Cum igitur nobis imminet sollicitè corrigendum quod tam enormiter ab aliis perpetratur, universitati vestre sub officii et ordinis periculo inhihemus et in virtute obedientie iniungimus ne ecclesias aut decimas vel honores quoslibet ecclesiasticos

laicis sub occasione aliqua ulterius conferatis; sed potius quam male concessistis, excusatione postposita, [rem] revocetis. Scituri quod venerabili fratri nostro, Archiepiscopo vestro (1), iniunximus ut eos, qui prohibitionis eius fuerint contemptores, auctoritate nostra remoto appellationis diffugio ob officio suo suspendat et faciat manere suspensos, donec factum suum corrigant et pro venia impetranda cum litteris eius apostolico se conspectui representent.

Datum Verule, III kal. maii.

Para bien comprender esta decretal y justificar sus prescripciones severísimas, importa recordar las no menos severas sobre el mismo asunto, acordadas en los cánones x y xi del concilio de Lérida, que presidió el cardenal legado Jacinto en 6 de Febrero de 1174; y además la bula de Alejandro III, fechada en Túsculo á 24 de Septiembre de 1171, sobre los que defraudaban los diezmos á la Iglesia Tarraconeuse (2). Mártires de la libertad é inmunidad eclesiástica, murieron asesinados en 1171 D. Hugo de Cervelló, arzobispo de Tarragona († 17 Abril), y Santo Tomás Becket, arzobispo de Cantorbery († 29 Diciembre). En el sepulcro del esforzado prelado de Tarragona, señalado con el escudo de su noble casa, ó de un ciervo azul en campo de oro, se puso este hexámetro, por demás expresivo:

Hugo perire magis voluit quam iura perirent.

Otra bula de Lucio III, expedida en Letrán á 19 de Febrero de 1182, publicó Villanueva (3) y describió así (4): « En 1181 recibí este Cabildo (de Tarragona) del Papa Lucio III la facultad de oír y juzgar en Sede vacante las causas de los sufragáneos.» Y en otro lugar (5): «Su breve (de Lucio III) no tiene fecha de año; y

(1) Berenguer de Vilademuls.

(2) Villanueva, *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 292. — Por el lugar de la data podría ser esta bula de 1172; mas el arzobispo D. Guillén de Torroja, á quien va dirigida, no es llamado por ella Legado de la Santa Sede, cuyo cargo tenía en 25 de Junio de 1172 y 16 de Junio de 1173. (*Viaje*, tomo XIX, páginas 161 y 294.)

(3) *Viaje*, tomo XIX, pág. 299.

(4) *Ibid.*, páginas 164 y 165.

(5) *Ibid.*, pág. 94.

así no se sabe fijamente cuando se recibió esta gracia.» Pero se puede saber, porque Lucio II fué elegido en 1.º de Septiembre de 1181 y murió en 25 de Noviembre de 1185, constando que en 1182 á 19 de Febrero se hallaba en Letrán, más no dicho día y mes de los años siguientes.

4.

Verona, 19 de Diciembre de 1184. Lucio III, al preposito Raimundo y á su cabildo de Tarragona.—Código *D 4*, fol. 30 r.

De protectione Canonice Sancte Tecele et bonorum suorum; de decimis de novalibus non solvendis; et quod tempore generalis interdicti liceat canonicis januis clausis celebrare; et de confirmatione consuetudinum et libertatibus.

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Raymundo preposito Tarraconensi eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.*

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus annuimus, et canonicam Sancte Tecele Tarrachone, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Peri ac nostra protectione suscipimus ac presentis scripti privilegio communimus.

In primis siquidem statuantes ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse cognoscitur, perpetuis in eo temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona, eadem Ecclesia in presentiarum iuste et canonicè possidet, vel in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante Deo, poterit adipisci, firma vobis vestrique successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo Ecclesia memorata est sita cum omnibus adiacentiis et aliis que ad eandem Ecclesiam pertinent; villam *Constantinam* cum omnibus adiacentiis et pertinentiis

suis, donationibus et concessionibus ibidem vobis ab aliquibus factis; medietatem reddituum Terrachoue et territorii sicut aque vergunt usque ad mare et in terris Ecclesie memorate plenius continetur, tam in institutionibus quam in perceptione decimarum et aliorum fructuum, sicut ea vobis rationabiliter collata sunt et vos quiete et sine controversia possidetis; Ecclesiam sancti Fructuosi cum omnibus pertinentiis suis; villam de *Reddis* (1) cum omnibus domibus et pertinentiis suis; villam *Siccam* cum suis pertinentiis, vineas, prata, predia, que Camerarius ipsius Ecclesie per Capitulum tenet, de quibus ministrat fratribus eiusdem loci viventia (2); ecclesias quoque omnes que in territorio Terrachone Sacriste assignate sunt, cum omnibus primiciis et aliis que in presentiarum iuste et pacifice possident et in futurum rationabiliter poterunt adipisci; ecclesias de *Fores* cum omnibus suis pertinentiis et aliis que sunt Archidiaconatus assignata cum omnibus sibi iuste concessis; ecclesiam de *Guardia de Pratis* (3) cum omnibus suis pertinentiis, que sunt Decanie assignata; ecclesiam de *Rivis ulmorum* (4) que fuit Precentorie assignata cum scola et scribania Terrachone in *Torello* cum decima molendinorum de Petro de Sancta Digna; ecclesiam Sancti Michaelis vel Sancti Leonardi Hospitalis pauperum assignatam cum omnibus suis pertinentiis et decima eiusdem ecclesie; ecclesiam de *Penna ficta* (5) cum omnibus suis pertinentiis et decima eiusdem ecclesie; ecclesiam de *Villanova* (6) cum omnibus suis pertinentiis et decima eiusdem ecclesie, quas donatione G(uillelmi) de Turrerubea venerabilis Archiepiscopi habetis (7); ecclesiam de *Figarola* operi Ecclesie (8) assignatam cum omnibus

(1) Reus.—Dos documentos del siglo XII, que trae Villanueva (XIX, 227, 293) como fechados en 1173 y 1193, dan el nombre de *Redes* á esta poblaci3n. Otro de 1194 (*ibid.*, pág. 301), la denomina *Redes*.

(2) Viveres.

(3) Lugar, limitrofe de Montblanch, donde nació y está sepultado San Pedro Armgol.

(4) Riudoms.

(5) Prenafeta, lugar contiguo á Figarola.

(6) Vilanova de Prades.

(7) Entre los años 1171 y 1174.

(8) Construcci3n ú obra de la catedral.

possessionibus quas operaria Ecclesie habet; quarteria, furnos, redditus, molendina, predia culta et inculta, vineas, prata, oliveta, ortos cum omnibus eorum adiacentiis et aliis que ad ea pertinere noscuntur, sicut cartam rationabiliter libere et pacifice possidetis; quecumque habetis in pecuniam Barchinone, Bagis (1), Ilerde et in Monte albo (2) et in provincia (3). Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Antiquas et rationabiles consuetudines, libertates quoque et immunitates Ecclesie vestre, usque ad moderna tempora conservatas, ratas habemus et auctoritate apostolica confirmamus. Liceat quoque vobis clericos et laycos, a seculo fugientes, liberos atque solutos ad communionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decrevimus ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Verum, quando post obitum Archiepiscopi esset facienda electio, de omni consensu fratrum eligatur, [vel] ex maiori parte consilii sanioris. Obeunte vero te, nunch eiusdem loci preposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi sensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam providerit eligendum. Decrevimus igitur ut nulli omnino hominum liceat prefatam canonicam Sancte Tecele temere perturbare, vel eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia illibata et integre reserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnibus profutura [salva

(1) Bages, cerca de Manresa, diócesis de Vich.

(2) Montblanch.

(3) Provenza.

semper in omnibus] Sedis apostolice autoritate et Archiepiscopi vestri debita reverentia.

Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen.

Ego Lucius catholice Ecclesie episcopus ss.

Ego Theodinus Portuensis et Sancte Rufine Sedis episcopus ss. Ego Henricus Albanensis episcopus ss.—Ego Theobaldus Ostiensis et Velletrensis (1) episcopus ss.—Ego Iohannes presbiter cardinalis titulo Sancti Marci (2) ss.—Ego Laborans presbiter cardinalis Sancte Marie trans Tiberim, titulo Calixti ss.—Ego Hubertus titulo Laurentii in Damaso (3) presbiter cardinalis ss.—Ego Pandulfus (4) presbiter cardinalis titulo Basilice XII apostolorum ss.—Ego Ardicio (5) diachonus cardinalis sancti Theodori ss.—Ego Gratianus (6) Sanctorum Cosme et Damiani diachonus cardinalis ss.—Ego Soffredus (7) Sancte Marie in via lata diachonus cardinalis Sancte Marie nove ss.

Datum Verone per manum Alberti, Sancte romane Ecclesie presbiter cardinalis et cancellarius, XIII kalendas ianuarii, indictione III, Incarnationis Dominice anno M.C.LXXX.III. pontificatus vero domini Lucii pape III anno quarto.

(1) Cód. «Hostiensis et Valletren.»

(2) Cód. «Martinus».

(3) Cód. «Damasci».

(4) Cód. «Pandulfus».

(5) Cód. «Arelicio».

(6) Cód. «Garcianus».

(7) Cód. «Goffredus».

5.

Roma, 16 Noviembre 1194. Celestino III á D. Raimundo de Castelltersol arzobispo de Tarragona, al preósito Juan y á su Cabildo, concediéndoles la estabilidad de las prebendas con arreglo á lo decretado por el concilio Lateranense III sobre la inamovilidad de los Piores conventuales.—Códice. *D. 4.* fol. 18 r.

Quod qui dignitatem adeptus fuerit, sine causa rationabili non removeatur ab ea.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri... Archiepiscopo et dilectis filiis [Johanni] preposito (1) et Capitulo Terrachonensi salutem et apostolicam benedictionem.

Cum in antiquis constitutionibus regulariter sit statutum ut ex quo aliquis ecclesiarum vel prebendarum [possessionem] iuste adipiscitur, hanc nonnisi propter gravem culpam amittat, et in concilio Lateranensi sub nostris temporibus fuerit Patrum auctoritate sancitum (2) «ut priores cum in conventualibus ecclesiis fuerint constituti, nisi pro manifesta causa et rationabili non mutentur, videlicet si [di]lapidatores fuerint, si incontinenter vixerint aut tale aliquid effecerint pro quo amovendi merito videantur, aut si etiam pro incompatibilitate maioris officii de consilio fratrum fuerint transferendi»; libenter audientes (3) quod ad horum exemplar vobis postulatum [est] ab apostolica Sede concedi [ac] provide vestris precibus annuentes, devotioni vestre presente pagina indulgemus ut, ex quo aliquis canonicorum dignitatem vel prebendam in ipsa Ecclesia iuste et canonice obtinuerit, non removeatur ex ea nisi causa canonica et rationabili subsequente. Nolumus autem huic nostre indulgentie contradictionis vel appellationis ab aliquo interponende obstaculum obviare.

(1) El suplemento, que ingiero lo saco de otra bula, fechada en el dia 29 del mismo mes y año y publicada por Villanueva, *Viaje*, tomo xix, páginas 300-304. Consta (xix, 309) que el mismo Juan era preósito en 24 de Febrero del mismo año.

(2) *Decret. Greg.* ix, libro III, tit. xxxv, cap. 2.

(3) Cód. «*animum*».

Decernimus igitur ut nulli omnino hominum licitum sit hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, xvi kalendas decembris, pontificatus nostri anno quarto.

No hizo Villanueva mención de esta bula, pero sí de la siguiente (1). Muerto Berenguer de Vilademuls, arzobispo de Tarragona († 16 Febrero 1194), á manos de su sobrino Guillén Ramón de Moncada, fué electo nuestro obispo (de Vich) para ocupar la silla vacante, y recibió el palio con bula de Celestino III de 17 de Noviembre, año iv de su pontificado.»

6.

Roma, 17 Noviembre, 1194. Celestino III al arzobispo D. Raimundo de Castelltersol, concediéndole el palio.—Códice D 4, fol. 31 r.

De traditione pallii Raymundo Tarrachone Archiepiscopo.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Raymundo Terrachonensi Archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper ad Sedem apostolicam accessises ex testimonio suffraganeorum episcoporum et aliorum quamplurimorum litteris destinatis electionem tuam adducens (2), eam auctoritate apostolica duximus confirmandam et palleum, videlicet plenitudinem pontificalis officii, tibi presentialiter concedendum. Provideas autem quomodo huius ornamenti honor convenienti actionum executione servetur ut ei morum tuorum ornamenta convenient, et esse valeas plus bonis artibus quam huius ornamenti ornatu preinsignis; sed studeas totis viribus et labore ut cum honoris augmento sollicitudines excrescant et cultui vestium exhibitiones competant actionum. Nam palleum istud quod tibi prebetur illud

(1) *Viaje literario*, tomo vii, pág. 13 (compárese la 275). Madrid, 1821.

(2) Cód. «aducentes».

superhumerales Aaron et rationales designat, per quod omnis pontificalis honoris [plenitudo] et discretio iugiter habenda pectoris portenduntur. Est autem idem palleum duplex in manu sinistra, quia quamdiu in hac vita manemus non possumus duplicitate carere; siquidem nunc prosperis extollimur, nunc fatigamur adversis, nunc terrena petimus, nunc celestibus adheremus, nunc carni, nunc spiritui servimus. In dextra vero palleum non est duplex, quia in altera vita nulla duplicitas invenitur; ibi enim est sine adversitate prosperitas, sine tristitia gaudium, et felicitas miserie totius immunis. Fit vero palleum ex lana, videlicet vili materia, ut habeat precium non a se, sed in eo quod significatur; in se idem est quod vellum vel manutergium de quo cordi 31. q. q. ta.º femine (1). Virtus quoque, que in pallio posita ante et retro ad inferiora videntur protrahere, huius vite curas et sollicitudines signare putamus, quas christianus dignetur inspicere, ut ab earum iniquo gravamine comprobetur et humeros liberare a quibuslibet; que ad retinendam planctam et palleum apponuntur, aut pactiones huius vite significant, aut quod rationabilius esse videtur, cum tres esse debeant, fidem spem et caritatem assignant, sine quibus palleum, id est, plenitudo pontificalis officii a pontifice teneri non potest (2). Hec igitur, frater Archiepiscopo, in mente tua sepe revolveus, operibus exequi studeas quod ornatu isto mystice presentatur.

Datum Rome apud Sanctum Petrum xv kalendas decembris pontificatus nostri anno quarto.

7.

Roma, 19 Noviembre de 1194. Celestino III al arzobispo, prepósito y cabildo sobredichos, confirmádoles las posesiones asignadas á las dignidades de la Iglesia.—Cód. D 4, fol. 31 v.

De assignationibus possessionum Ecclesie factis.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri

(1) Sic.

(2) Cf. Innocentium III, *de sacro altaris mysterio*, l. 1, c. 63; ap. Migne ccxvii, 797-799. Par. 1855.

R. archiepiscopo et dilectis filiis Preposito et Capitulo Terracoen-
nensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor
equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii
nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, vestris iustis
precibus inclinati assignationes possessionum dignitatibus Eccle-
sie vestre a vobis rationabiliter factas, sicut hactenus observate
sunt, permanere decrevimus futuris temporibus illibatas et eas
apostolica auctoritate confirmamus et presentis scripti patrocinio
communimus. Decernimus igitur ut nulli omnino hominum
liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ausu ei
temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit
indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apos-
tolorum eius se noverit incursum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, XIII kalendas decembris,
pontificatus nostri anno quarto.

8.

Lyon, 18 Octubre de 1246. Inocencio IV á D. Pedro de Albalat, arzo-
bispo de Tarragona, concediéndole el privilegio de hacer llevar ante sí la
cruz en toda la extensión de la metrópoli, y que este privilegio lo sea
también de sus sucesores.—Cód. D 4, fol. 20 r.

*De privilegio crucis anteferende concessio Archiepiscopo per
totam provinciam Tarrachonensem.*

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili [fratri
P(etro)] archiepiscopo Terrachonensi salutem et apostolicam be-
nedictionem.

Cum pro Christo legatione fungaris, natus pro patribus, inter
alios filios gratie filius adoptivus, divinorum misteriorum dispen-
sator fidelis, ut illius sigilli signeris signaculo qui te dispensato-
rem ex iniuncta tibi cura officii constituit verbi sui, et per sigil-
lum appensum et suspensum [ob]ligatio pateat manifesta que
sic crucifixi nuntium probet exterius ad decorem ut intus ipsius
tibi memoriam imprimens ad timorem [et] portanda crucifixi
stigmata in tuo corpore te inducat ut dum iudicantem subseque-

ris ab auditione mala quam proferet contra malos iudicantes non timeas tui principatus meritis merito provocatus, ut Ecclesia tua in te recipiat munus gratie amplioris, et fructus palme tibi ascendenti in palmam fiat gutturi tuo dulcis externo decore, interno et multipliciter ampliatus, quod per totam Terrachonensem provinciam metropolitico tibi iure subiectam liceat tibi tuisque successoribus in perpetuum vivifice crucis vexillum facere anteferri auctoritate pontificum vobis indulgemus.

Nulli [igitur] omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere nec ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum [eius] se noverit incursurum.

Datum Lugduni xv kalendas novembris pontificatus nostri anno tertio.

Con esta bula están relacionadas las actas del concilio de Valencia en 1240 (1) y las del primer concilio ecuménico de Lyon (2).

9.

Lyon, 19 Agosto 1248. Inocencio IV al arzobispo D. Pedro de Albalat, ordenando que se ponga en ejecución lo mandado por el Legado D. Juan cardenal de Santa Sabina sobre el personal y competente dotación del Cabildo.—Código *D. 4*, fol. 73 r.

De numero canonicorum.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri P(etro) archiepiscopo Terraconensi salutem et apostolicam benedictionem.

Cum sicut te accepimus referente, olim bone memorie I(ohannes) episcopus Sabinensis, tunc in partibus Ispanie apostolice Sedis legatus, in Ecclesia tua officium visitationis impendens, in ea pensatis ipsius Ecclesie facultatibus certum canonicorum numerum duxerit statuendum, bone memorie S(parago) Terracone

(1) Tejada, *Colección de concilios*, tomo vi, pág. 32 y 33. Madrid, 1859.

(2) Actas del 13 de Julio 1245. Potthast, 11.722.

archiepiscopo executore super hoc deputato, mandatum huiusmodi non fuit effectum debitum consequutum (1), quamquam facultates ipsius Ecclesie non sint aliquatenus diminute; propter quod predicta Ecclesia ob defectum servitorum in spiritualibus non modicum patitur detrimentum. Unde dilectis filiis Preposito et Capitulo Terraconensi ordinis sancti Augustini nostris damus litteris in mandatis ut, si res ita se habet, infra mensem post receptionem litterarum ipsarum prefatam Ecclesiam una tecum de personis idoneis iuxta premissum nuncium et facultates ipsius Ecclesie ordinare procurent. Quocircá, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus si dicti Prepositus et Capitulum infra scriptum tempus quod mandamus neglexerint adimplere, tu ex tunc mandatum apostolicum exequaris, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo.

Datum Lugduni XIII kalendas Septembris pontificatus nostri anno sexto.

10.

Lyon, 6 Octubre 1248, Inocencio IV al Cabildo de Tarragona confirmándole sus antiguas y razonables costumbres.—Código D 4, fol. 32 v.

Confirmatio consuetudinum approbatarum et rationabilium.

Inocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Capitulo Terrachonensi, ordinis Sancti Augustini, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducat effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, rationabiles antiquas et approbatas ac hactenus pacifice observatas Ecclesie vestre consuetudines, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos ipsi Ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirma-

(1): *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 81.

tionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Lugdini ii nonas octubris pontificatus nostri anno sexto.

La mayor parte de los individuos que á la sazón componían el Cabildo de Tarragona, pusieron sus nombres al pie del acta de fundación del convento dominicano de la misma ciudad (28 Noviembre 1248), á instancia de fray Andrés de Albalate y fray Arnaldo de Barberá. Publicó el texto Villanueva (1), y de paso indicó (2) dos constituciones del mismo año, relacionadas con la bula presente. Sobre ésta debió fundar el Cabildo su derecho en los pleitos arduos que sostuvo con el arzobispo D. Benito de Rocaberti, de los que habla (9 Agosto 1256) otra bula (3) insigne.

11.

Anagni, 5 Octubre 1256. Alejandro IV al arzobispo D. Benito de Rocaberti, á los obispos y demás prelados de la metrópoli Tarraconense, imponiéndoles la obligación de decir una misa en sufragio del papa dentro de los ocho días, contados desde el de la noticia de la defunción; y mandándoles que impongan el mismo cargo á los sacerdotes de su jurisdicción inmediata.—Código *D* 4, fol. 18 v.

De celebrandis missis in obitu Pape.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarraconensi eiusdem[que] suffraganeis et dilectis filiis abbatibus et aliis ecclesiarum prelati, tam exemplis quam non exemptis per Tarraconensem provinciam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Ingens charitatis officium ac religiosa cogitatio sanctitatis et eos qui fluctuosis huius pelagi iactantur erroribus et eos quos fu-

(1) *Viaje literario*, tomo XIX, páginas 311 y 3:2.

(2) *Ibid.*, pág. 185.

(3) *Ibid.*, pág. 313.

turum seculum suscipit corporee molis nexibus absolutos piis sacramentorum obsequi decet (1) et devotis orationum opitulari suffragiis, que quidem ex magno miserentis Dei beneplacito (2) solemnia dinoscuntur esse viventium et iuvamina defunctorum. Sane si cunctis fidelibus ab Ecclesia necessarium (3) huiusmodi subventionis debetur obsequium, Romano pontifici tantum est officiosius impendendum quanto ipse pre omnibus ex imposte servitutis officio est magis obnoxius debitor singulorum. Porro cum ceteri, qui vocati sunt in partem sollicitudinis, sepe nec immerito conquerantur se supra vires sub particulari earum accepte mensure onere pregravari, discreta (4) cum cogitatione pensandum [est] quantis amaritudinum difficultatibus implicetur, quantis gemituum suspiret angustiis iugiter (5) ille, qui cum omnibus humane infirmitatis defectibus in potestatis plenitudinem evocatus, superintendere cogitur cotidiana sollicitudine universis. Infirmatur (6) nimirum totius Ecclesie vertice positus ille, quem omnibus diebus pertemptant (7) et pium aspiciunt expectantes paterne dispensationis consilia universi; omnium incommodis angitur et dolet, dum nequit non sentire tractans (8) quibus cogitur opportuna morborum illabentium remedia prescribere (9). Hunc continuo urget instantia, quoniam eum assidua sollicitudo ecclesiarum omnium inquietat, ut inter sanguinem et sanguinem, inter lepram et lepram, inter causam discernens et causam, dubias purgantium dirimat questiones, se murum pro fide et pro defensione libertatis Ecclesie clipeum communitationis obiciat irruentibus ex adverso, sitque correctionis linea publica in christiane religionis moribus componendis. In hiis et aliis innumeris curis, in quibus aut negligentie

(1) Morera «sacramentorum veniendis et devotis».

(2) Mor. «miserentis universe solemnia».

(3) Mor. «Ecclesia neccum huiusmodi».

(4) Mor. «discrete».

(5) Mor. «igifur».

(6) Mor. «infirmets».

(7) Mor. «positus quibus diebus perdeminet».

(8) Mor. «et dolendum nequid non sentire iactans».

(9) Mor. «proscribere».

aut ignorantie aut imbecillitatis ostensa est causa (1), ab hiis qui plenius norunt qualiter culpas irritare debeant vix prevalet declarari quis humane mortalitatis vanitati subiectus, quis confusa via vite huius, quam more labentis aque rapit humana mortalitas, varietate perplexus ita possit prefixe innocentie terminos et propositas habenas (2) observare iustitie, quin a dextris casum meritorum, a sinistris formidans impetum vitiorum, incito (3) negotiorum irruentium turbino lubrico temeritatis aliquem incurrat excessum.

Nulli ergo superfluum, nulli videri debet indignum, si nobis et aliis, qui in hac beati Petri tam laboriosa quam excelsa sede successerint, ea venerabilis Ecclesie patrimonia providemus, que nos cum sequela operum ad conspectum tremendi iudicis profectos, per viam universe (4) carnis seminata consequantur. Quapropter universitatem vestram rogamus, mouemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes quatinus cum vobis noster vel cuiuslibet successorum nostrorum innotuerit obitus, preter alia orationum sacrificiorumque suffragia, quibus solent a vobis apud Deum Romani Pontifices in vita et obitu adiuvari, singuli singulas missas pro anima obeuntis Pape huiusmodi, infra octo dies postquam idem obitus ad notitiam vestram pervenerit, cum devotione debita celebretis et faciatis a singulis sacerdotibus vestris subditis celebrari; quod de fratrum nostrorum consilio statuimus perpetuis temporibus, quoties is casus emergerit, observandum et ad id singulos sacerdotes teneri in proprie conscientie periculo obligatos. Hoc autem cuiquam non debet esse molestum vel aliquatenus onerosum; cum id non solum nostre sed etiam sue salutis noverit persecutos (5) omnes; et nos, cum aliquo sancte contemplationis otio inter incumbentia negotia respirare conceditur, in orationibus nostris vestri non simus immemores coram Deo.

(1) Mor. «ostensa, etiam».

(2) Mor. «habeas».

(3) Mor. «juceto».

(4) Mor. «profectis per universe».

(5) Mor. «prosecutum».

Datum Anagnie, III nonas Octobris, pontificatus nostri anno secundo.

La estancia en Anagni y el año del pontificado no deciden la cuestión de saber si fué Alejandro III, ó Alejandro IV, el autor de la bula. El precepto, por ella intimado, es de este último pontífice, según se inflere del ceremonial romano, ó manuscrito 4737 de la biblioteca Vaticana, que cita Pagi (1).

12.

Anagni, 10 de Octubre de 1259. Alejandro IV al preboste Arnaldo y al Cabildo de Tarragona. Concede indulgencias á los altares de Santa Tecla, Santa María, San Agustín, San Juan, San Fructuoso, San Pedro y Santa Isabel de la catedral de Tarragona.—Códice *D 4*, fol. 19 v.

Indulgencia visitantium altaria Sedis.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A. preposito et Capitulo Terrachonensis Ecclesie salutem et apostolicam benedictionem.

Sanctorum meritis inclita gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus, qui eorum patrocinia per condigna devotionis obsequia promerentur, illumque venerantur in ipsis, quorum gloria ipse est et retributio iustorum. Nos igitur ad consequenda predicta gaudia causam dare fidelibus populis cupientes, omnibus [Christi fidelibus] vere penitentibus et confessis qui ecclesiam vestram in sancte Thecle, sancte Marie et sancti Augustini festivitibus, que principaliter in ecclesia coluntur eadem, certis ibidem altaribus in eorum honore constructis et usque ad septem dies immediate sequentes, centum dies; in aliorum vero sanctorum festivitibus in quorum honore quedam altaria, ut asseritis, similiter inibi sunt constructa, videlicet sancti Johannis, sancti Fructuosi, sancti Petri et sancte Elisabeth, annis singulis devote ac venerabiliter visitaverint peccatorum suorum veniam a Domino petituri, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum

(1) *Breviarium historicum-chronologico-criticum*, tomo III, pág. 297. Venecia, 1730.

Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.

Datum Anagnie, vi idus Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

Es esta bula importante para la historia de la construcción de la catedral, que reseñó con harta parsimonia Villanueva (1). «Puede fijarse su principio en el año 1170. De la continuación del edificio no he hallado otra memoria más que la que hizo en 1214 el arzobispo Don Raimundo Rocabertí en su testamento, del cual consta que se estaba construyendo el claustro y la iglesia. Tardó ésta en concluirse lo que tardó en ser elegido arzobispo Don Bernardo Olivella, el cual habiendo tomado posesión de esta silla en 1272, se propuso concluir el templo; y para poderlo hacer con menos incomodidad de sus feligreses resolvió retirarse por algún tiempo al monasterio de los canónigos reglares de Escornalbou, donde era reconocido como prior por ser arzobispo; y viviendo con poca familia y mucha moderación ahorrré grandes sumas, con que pudo construir las dos últimas naves transversales y la fachada del templo. Dicen que el arquitecto que en esto entendió se llamaba *mestre Bartomeu*. En la necrología de esta iglesia al día 11 de marzo halló memoria de otro arquitecto, con estas palabras: *anno 1256 obiit frater Bernardus magister operis ecclesie.*» El año así propuesto de la Encarnación corresponde al de la Era vulgar 1257, dos antes que se expidiese este rescripto de Alejandro IV (10 Octubre, 1259); y de consiguiente cumple sentar que algunos ó la mayor parte de los siete altares fueron construidos bajo la dirección del maestro Bernardo

En otro lugar (2) comentando una bula de Clemente IV (22 Septiembre, 1266), apunté bajo la fe de Villanueva (3) que «al año siguiente (1267) el arzobispo D. Benito de Rocabert fundó en su ciudad de Tarragona el monasterio de Clarisas, cuya obra perfeccionó su inmediato sucesor D. Bernardo de Olivella.» No pasa por esta aseveración nuestro doctísimo correspondiente

(1) *Viaje literario*, tomo XIX, páginas 107 y 108.

(2) BOLETÍN, tomo XXVII, pág. 472.

(3) *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 187.

D. Emilio Morera. El cual en carta (1), que no ha mucho recibí, me escribe lo siguiente:

«El autor del *Viaje literario* no estuvo exacto en la cita; porque en 1256 se fundó el monasterio de Clarisas de Palma de Mallorca, saliendo su primera comunidad de la de Tarragona. Autorizó la fundación mallorquina el rey D. Jaime I á primeros de Julio de dicho año; y en 22 de Octubre del siguiente (1257) se hizo la compra del local á Bernardo de Santa Eugenia (2). Según los Anales del monasterio de Tarragona, pasaron á fundar el de Mallorca desde aquel dos hermanas, Sor Catalina y Sor Guillerma Berenguer. Sor Catalina Berenguer había sido abadesa del de nuestra ciudad, cuya fundación á punto fijo se ignora; pero se cree que no es anterior al año 1250 ni posterior al 1254.»

Para conciliar ambos extremos importa recordar que D. Benito de Rocabertí era ya electo de Tarragona en el día 9 de Agosto de 1251, y que Inocencio IV le envió el palio arzobispal (3) en 28 de Febrero de 1252 desde Perusa. Opino que la fecha señalada por Villanueva puede referirse á un estado más floreciente, ó mejor asiento del monasterio de Tarragona por favor del arzobispo, bajo cuyo amparo se guareció asimismo el monasterio de Barcelona por comisión de Clemente IV. Los datos, que nos ha recordado el Sr. Morera no despojan al inclito arzobispo de su carácter de fundador, toda vez que la fundación no se demuestra que aconteció antes de 1252. Falta buscar en el archivo del monasterio tarraconense, cuyos *Anales* cita el Sr. Morera, la solución adecuada; que ojalá sea pronta, expedita y fecuada en documentos tan valiosos como los archivados en Santa Clara de Barcelona y en Santa María de Pedralbes.

Madrid, 3 de Enero de 1896.

FIDEL FITA.

(1) Tarragona, 21 Diciembre 1895.

(2) Quadrado, *España; sus monumentos etc., Baleares*, pág. 817.

(3) Villanueva, *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 186.—La bula es inédita, y aguardo su copia.